

Constantinus, Constancii ex concubina Helena filius, in Britannia creatus imperator, regnavit annos .xx. et mens. .x., sedem urbem nominis Constantinopolym statuens in Tracia, sedem Romani imperii primus ibidem stabilivit et totius caput Orientis eandem esse voluit.

Constancius^(a) cum Constantino et Costante fratribus regnavit annos viginti quattuor et menses .v., dies tredecim.

Iulianus^(c) imperator regnavit annos .ii. et menses .viii.

Iovinianus imperator regnavit menses .viii.

Valentinianus senior cum fratre Valente regnavit annos .xi.

Valens cum Gratiano et Valentiniano regnavit annos .iii.

Gratianus cum fratre Valentiniano regnavit annos .vi.

Theodosius maior, Gratiano vivente, annos sex, iam moriente, regebat: post eius mortem regnavit annos .xi. ipse et Valentinianus, quem Italia expulsum benigne susceperebat, Maximum tyrannum tertio ab Aquilegia lapide interficiunt.

Constantinus, Constancii filius, ex concubina Helena in Britania natus, regnavit ann. .xxxiii. et [mens.] .x. et ex nomine suo urbem statuit in Tracia, sedem 5 Romani imperii primus ibidem stabilivit et tocius caput Orientis adesse.

Constancius cum Constantino 10 et Constante fratribus, filii magni^(b) Constantini, regnavit ann. .xxiiii. et mens. .v. et dies .viii.

Iulianus Apostata, consanguineus Constantini, regnavit ann. 15 .ii. et mens. .viii.

Iuvianus imperator regnavit ann. .i. et mens. .viii.

Valentinianus imperator senior cum fratre suo Valente 20 regnavit ann. .xiii.

Valens cum Graciano et Valentiniano regnavit ann. .iii.

Gracianus cum fratre suo Valentiniano regnavit ann. .vi.

Theodosius maior, Graciano vivente, sex annos, iam moriente, regebat et post eius mortem regnavit ann. .xi. ipse et Valentinianus, quem ab Italia 30 expulsum benigne susceperebat, Maximum tyrannum tertio ab Aquilegia miliario lapide^(d) interficiunt.

(a) *Vu* Constantinus *poi corr.* (b) *Vb* magna (c) *Vu agg. post. in marg.* apostata
(d) *Vb* lapidem